

putabatur filius Joseph, Deus & homo est; incepit autem ab homine, & in Deo duxit sui finem fecit. Nonne igitur quasi lineam, seu virgam longè subtilem, seu subtiliter longā, auream sive ferream, à Iesu Christo incepit, & in Iesum Christum reduxit, dicendo: qui fuit Adam, qui fuit Dei; cum unus idemque Iesu Christus Deus & homo sit, nec alterius plasma fuerit Adam, quam hujus Dei? Verum igitur, o Diabo! iste est circulus, quem Dominus in naribus tuis posuit; ista est armilla, quā maxillam tuam perforavit. Junxit se initium fini, id est, Deus homini. Et ita hæc, scilicet, initium & finis occurserunt sibi in utero Virginis, ut nates tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & maxillam tuam voracem perforaret armilla talis, armilla honoris, & glorie, &c. Ubi, vel quando hæc initii, atque finis coniunctio facta sit, Lucas uberioris describit, & Matthæus brevius eloquitur, cùm dicit: Christi autem generatio sic erat: Cum esset despota mater Iesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Tantū Rupertus, & tam dilucidè, ut nil addendum supererit.

487 Id solum in sacro Jobi texu experderim; nempe, totum fermè Jobi vaticinum eò incumbere, ut immanem syngui illius certum obstringendum, effrenata comprimenta labra, prolixamque mendacissimam linguam adunca hamis cuspidi transfigendam prædixerit: Fune ligabis lingua ejus? Numquid pones circulum in naribus ejus? aut armilla perforabis maxillam ejus? LXX. Aut armilla terebrabis labium ejus? Septentrionalis ceti lingua, ad viginti pedes longam; vastum oris hiatum unde viginti pedes patentem, maxillas tres pedes crassas, longas verò ad duos super viginti; oculatus teftis depingit Olaus Episcopus libro 21. Cap. 9. Cæterum longè suam longiorem produxit Tartareus Leviathanus lingua, longè prolixiores diduxit maxillas, longè immaniorum expanditoris ambitum, cùm tam prodigo illo mendacio Evam circumscrivit, ut tum Deum & mendacem blasphemarit, & invidum, qui morituros diceret, si felicissimo vescerentur pomo, quod tamen illis interdixisset; tum Adamum, atque Evam, eo vel semel gustato in Deos quidem scientissimos actutum evasuros promitteret. Jure ob tam insanum mendacium Leviathan dictus, id est, Additamentum, ut inquit Gregorius loco citato; Primo quippe homini, persuasione callida, divinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum, per irrisiōnē, dici potest, quibus cum hoc, quod non erant, se addere sponte, etiam hoc, quod erant, fallendo subtraxit. Merito igitur eò adludens, adjectit Dominus v. ultimo: Ecce spes ejus frustrabitur eū, & videntibus cunctis precipitabitur. Primū Hemerichium sic effert Theodosio: Et principi ejus mentitum est, nec enim mendacium vel ipsi, ut sperabat, succedit, vel Eve circumventæ. Itaque per novā Evam videntibus, & plaudentibus mortalibus, & immortalibus universis piaepitabitur, Hebr. 10' iuncta, deturbabitur, ejicietur, tolletur, conteretur. Fidem probavit eventus, & quidem per ancilam Domini, uti Jobus metipse adjectit.

Septentrionalis ceti lingua oris hiatus, & maxilla.

Leviathan etymologia. Si Greg.

Iob. 40. 28.

Precipitatur, & conseritur immans Leviathanus per novam Evam Marianam.

Ancilla, cui ligandus, atque illudendum traditur.

cillum Domini prædictam à Jobo intelligamus, *Leviathanus, est Deipara.*

Quæ de Christo sunt Vaticinia, solent ad Mariam referri.

persuadet Paraphrastes Chaldaicus, qui vertit; aut ligabis eum ancillæ tuæ; τοῦτο, talithac, puellæ, affixo etiam singulari pronomine scemino, tuæ; est autem talitha, notum pueræ vocabulum Marci 5.v.41. Sed & LXX. Interpretes singulariter extuleré; aut ligabis eum puer tuo? Nimur solent docti hi fenitores, quæ de Maria sunt Vaticinia, ad Filium ejus referre; optimo scilicet consilio, quo noverant, totam Deiparæ virtutem à Filio provenire, qui communem sibi cum Matre illustrem hanc victoriam esse voluit, de Tartaro Dracone revehendam. Quod igitur Chaldaeus interpres Ancillæ adscripsit, Græci Puer adjudicandum, merito censuerunt. Quod autem Hebraicum, & Latinum vulgatum exemplar plurative dixerunt, *Ancillas*, & plurale pro singulari, de more Scripturæ, amplificande rei, atque personas gratiâ posuerunt, ut ex LXX. & Chaldaeo addicimus; & unam Ancillam Domini, cæteris omnibus præferendam fuisse, significarunt, eamque pro, & præ omnibus extirparunt. Ac ne tam eximiā Deiparæ laudem proprio arrogasse videar studio, acceptam refero laudato viro, Religiosissimæ familiæ illustri Patriarchæ Brunoni, qui eam in serm. de ejusdem Virginis Nativitate his verbis consignavit: Non tu; quasi dicat; Ancillis S. Bruno.

tuis eum ligabis, quem nec ipsi viri fortes ligare potuerunt. Ego tamen per unam Ancillam meam eum ligabo, & fortitudine suâ privabo. Hæc est nobilis Ancilla, de qua modò loquimur, Beatissima Virgo Maria. Hic tam superbis, & tam arrogans, tam potens, tam fortis, ab una Ancilla captus, & illufsus, & ligatus est. O Maria, inter mulieres hæc Ancilla! hac Dei mater, & superni Regis nobilissima filia, cuius humilitate quasi avis illusus est, cuius sapientia quasi latro, & vile mancipiū ligatus est. Hactenus & Brunone, & reliquis adductis Patribus, Mariæ, juxta Jobi vaticinum, ex Adamo, reliquisque clarissimis Patriarchis, Regibus, ac Duciis in pectora Jobi linea, atque armilla prolusis, & in utraque Evangelica Matthæi, & Lucæ Genealogia recensitis, procreatæ, nec sine aliqua immunitatis significatioue, comprobavimus.

SECTIO XVII.

Immunem Virginis Matris Conceptionem, ex Evangelica Lucæ Genealogia futuram, vaticinatus est Elias.

Ad 3. Reg. 18. vers. 44. In septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari, &c.

489 **M** Agnus ille Carmeliticæ, id est, *Historia præponitur.* conditor Elias, postquam sacrâ hostiâ, coeli igne correpta, divinum Populo conciliavit Numen; in preces sese profudit vates sanctissimus, ut optatam jam diu impetraret pluviam, qua terras plusquam triennali siccitate steriles fecundaret. Jubet interim discipulum intentum spectare, si qua tandem ex maris regione venti, nubis, aquæ promicuisset speula. Decem, à Seunione, sive uti ali promunt, Semino, Eliæ facello, ubi in preces se dedecrat, ad Carmeli fastigium, gradus subeundi fuisse, unde liberior esset maris prospectus. Hos

cum,

cum, ex Doctoris precantis imperio, octies recoluisset discipulus, exiguum tandem ab imo mari sublimen sese efferentem, nunciat nubeculam, humano parem vellitio. Advolat à precipibus lætissimus vates, Regemque præstolantem urget, ut nisi ingenti velleret præoccupari pluviam, quam nubecula inveberet, matræ sese fugâ in Regiam subducat. Diutum factum. Dum currus instruatio preparatur, totum undique nubibus obducitur cœlum, tota undeqaque terra largissimis inundatur pluviis. Quæ inde divini cultus argumenta Ifraclitis extiterint, non est nostri instituti, universalis commentando persequi, unum illud fedulo disquirimus, utrumne aliquod nobis ab Elia documentum suppetat, quo Deiparæ generationem & conceptionem, & quidem immunem, ab Evangelisticis proavis, Adamo scilicet, Noë, Abrahamo, Davide, Salomon, & posteris derivemus.

490 Lucas Evangelista Cap. 3. à v. 23. Progenitores Christi & Matris ejus Mariæ, omnino LXXVII. percensuit. Hunc porro generationum censum, divina providentia consultum, ac disquisitum Patres existimat, ut apto significaret hieroglyphico futurum, eo etiam numero expleto, ut Virgo Mater progigneretur, quæ Deum-hominem ederet. Quod enim LXXII. cecinit tantum Prudentius in Apothœsi adversus Phantasmaticos, error memorie fuit. Quæ alii Patres in hunc numerum sapienter comminiscuntur, posteâ indicabo, quam Joannis Hierosolymitani Patriarchæ sententiam exposuero, ex Carmelitarum vetustissima traditione haultam, discipulorum utique, ac successorum Eliae.

491 Hæc LXXVII. generations, decem Carmeli gradibus, octies fermè ab Elia Discipulo conscente repetitis, adumbratas fuisse; Nubeculam verò tandem prospexit, qua cœlesti pluvia Palestinam perfudit, umbram fuisse Deiparæ, Divinum Mundo Verbum affundens, his verbis tradit Joannes Patriarcha in Libro de Institutione Monachorum c. 33. Ab eo loco Carmeli montis, unde puer ascendebat, usque ad summitetum montis, unde poterat mare prospici, erant decē gradus: quos cum puer semel ascensens, prospexit contra mare, mandavit illi Elias, ut iteru aliis septem vicibus eosde gradus revertens contra mare prospiceret, & in septima vice reversionis vidit puer nubeculam illam, quasi vestigium hominis de mari ascendentem in Carmelum, &c. Quero: Quid fuit, puerum Elias semel per decē gradus ascendere ad prospiciendum contra mare, & tunc ei nihil apparere? Certè hoc nihil aliud fuit, nisi quod puer, id est, cœtus Discipulorum Eliæ contéplando ascendit per illas decem generationes humanas, à Luca in Genealogia Christi positas, quæ fuerunt ante diluvium, ab Adam usque ad Noë, in prima mundi ætate, & per eas discurrendo totum tempus, quod fuit à Noë usque ad Adam, puer prospexit, si forte eo tempore Nubecula, id est, Infantula aliqua (Mariam explicat) esset nata contra mare, id est, contra solitam amaritudinē in vitiosis paginae naturæ humanae. Et quia Nubecula illa non fuit à puer visa in illa prima ætate mudi, ideo puer dicit: Non est quidquam. Præcepto tamen Eliæ redire iterum puer sepius per decē gradus ad prospiciendum contra mare, & in primis sex vicibus nihil illi apparuit. Hoc autem, scilicet, quod puer, id est, cœtus Discipulorum

In nubecula immunitas Deiparæ signata.

Joan. Jeron.

Iuvat similis Genes. loc. 24.

492 Quo autem doctus Patriarcha suam explicationem, imò antiquam præcedentium Carmelitarum traditionem, ab ipso Elia fide transmissam, faciat Historæ coharentius aptaret, haud contentus docuisse, Nubeculam illam B. Virginis imaginem prætulisse, immunitatem etiam in nube ipsa expressam perspicue observavit illis verbis, Quæ infantula in suo ortu esset munda ab omni peccati sorde; quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro, sine tamen aliquo amaritudine, &c. Quibus collata utraque Nubis, & Mariæ simillima origine, ejus præservationem afferuit Patriarcha, ui in encomio Carmelitanæ Familiae infra concinnando, firmabimus.

493 Igitur immunis Virgo, ex Adamo, cæterisque atavis LXXVII. ab Evangelista Luca recensitis, propaganda predicta est, celebri illo Eliæ vaticinio, quo Nubem post LXXVII. repetitos Carmeli gradus, ex depuratisimis Adamicæ naturæ humoribus, quasi ex mundisimis maris vaporibus, compactam suscepit. Neque verò infirmum hoc probationis genus Ecclesiæ Doctores habuerunt, qui in sacro hoc litteraturæ genere, non alia exegerunt argumenta robustiora, quibus fidè mysteriis adfruerent, quæm exactissimam hanc superiorum umbram, aut vaticiniorum, cù rebus ipsis, quæ adumbrabantur, ac prædicabantur, consonantiam, & coharentiam.

494 Juvat simillimus Genes. loc. cap. 4. v. 24. Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuages septies. Ubi LXXVII. numerum, ad totidem generationes, in qua rum ultima Christus Lamech, id est, humani generis, flagitia esset deleturus, referunt S. Hieronymus in Epistola 125. ad Damafum Quæst. 1. ex Orig. lib. 12. & 13. in Genes. S. August. Serm. 15. de Verbis Domini, Nicolaus Papa in Epistola ad Regem Lotharium, & refertur in Canone XIX. An non. 24. Quæst. 3. Julianus lib. 3. contra Judæos, Beda in Cap. 4. Genes., & in 3. Lucæ, Albinus in Quæstionibus in Genes. Porro n. LXXVII. arcana symbola diligenter explorant S. Augustinus lib. 2. Quæstionum Evangelicarum Cap. 6. & lib. 2. de Consensu Evangelistarum cap. 4. & V. Bedæ in 4. Caput Lucæ. Qua igitur hi Patres religiosa in divinam Scripturam observantia, in LXXVII. Lamechi numero totidem ab orbe condito usque ad Christum Redemptorem generationes commentati sunt;

130 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

funt; eadem Joannes Hierosolymitanus Patriarcha, in LXXVII. Carmeli gradibus, ex Eliæ præcepto, ab ejus discipulo recentissi, sepraginta septem Lucæ generationes ad umbras fuisse cognovit, post quas mystica Nubecula, B. utique Maria sese mortalibus visendam præbuit, & quidem ab omni peccati vel pondere, vel amaritatem immunem, non minus quam Nubecula illa nullam originem maris, aut amaritudinem, aut molem contraxisset.

SECTIO XIX.

B. Virginem ex Joachimo & Anna fuisse conceptam. Ubi qua eterque ratione Evangelice Genealogie connectantur.

Ad Matthæi Cap. 1. vers. 15. Mathan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ.

Lucæ Cap. 3. vers. 23. Qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, &c.

495 C eritissimum est S. Augustini Canon, in Epistola 118. cap. 1. quem de Apostolicis Traditionibus cognoscendis præscripsit. Illa, quæ non scripta, (in sacris nempe Bibliis,) sed tradita cufudamus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi, vel à Sanctis Apostolis, vel plenaris Conciliis, quorū est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri. Quem quidem Canonom, si usquam alias, in Feris certè, aut Mysteriorum, aut Sanctorū hominū celebrandis, vim habere, censet, cum Augustino, Isidorus Hispalensis lib. 1. de Officis Ecclesiasticis Cap. 44. Ab hoc ergo verissimo Canone argumentum efficax ducimus, quo probemus, constare per Apostolicam Traditionem, B. Virginem Deiparam ex Joachimo, & Anna per verum, ac physicum legitimi matrimonii congressum fuisse conceptionem.

Augustini canon.

S. August.

Apostolica Traditio eī, Deiparam ex Joachimo & Anna per verum legitimi matrimonii congressum fuisse conceptionem.

Patrum au- toritas.

vita & dormit. Deipara S. Vincentius Ferrerius serm. 1. & 2. de Nativ. B. Mariæ, & serm. de S. Anna, S. Antonius in summa, Parte 4. Titulo 15. c. 6. §. 1. Adde veterustos etiā Rituales libros, qui vel sanctæ Annæ, & S. Joachimi Officia continuerint, vel si alterius tantum, utrorumque tamen conjugum sanctissimum, atque Mariæ Parentum laudes jam pridem commemorant; nempe antiqua breviaria, Hispanense, Braccarense, Cordubense Ordinis S. Jacobi, & pleraque alia. Hæc tam vetera, tam univerialis, tam contians, ab Ecclesiæ Christi condita, Christiani populi consensio, cùm nullam ab Ecclesiastico aliquo Concilio originem agnoscat, Apostolicæ prorsus traditioni accepta referenda est, de Augustini, Isidori, ac Theologorum omnium sententia.

496 Sed quoniam eadem SS. Deiparae Conceptionem ab Adamo, Abrahamo, Davidi, Salomone, cæterisque deinceps Evangelicis Progenitoribus, hucuique derivavimus; doctrinæ consequuo, aique perfectio poscit, ut rationem etiam explicemus, qua Joachimus, & Anna ab illa ipsa Patriarcharum, Regum, ac Procerum stirpe genus repant, id est, ut gloriosos Mariæ parentes Evangelicæ Matthæi Genealogie sic attexamus, ut coram avos designemus, & proavos, ac tandem conflet, totum illum aavorum Catalogum, Mariæ, & Christi causā, ab Evangelistis fuisse contextum.

497 S. Hieronymus lib. 1. contra Helvidium, hanc reddit rationem, ob quam divinitus provisum est, ut Beata Virgo Josepho consanguineo suo nuberet; ut per Genealogiam Joseph, cui Maria cognata erat, origo quoque Mariæ monstraretur. Sapienter ille quidem, & Evangelicè, quod vel ex illa Matthæi epigraphe haud obscurè conficitur: Liber generationis Jesu Christi: neque enim Iesu Christi generatio ea fuerit, nisi Mattheus eius Genealogia describatur. Igitur illa, quam Matthæus generationem Iesu Christi dixit, eis Josephi esse filius videatur, Mariæ simul Genealogia est; quin aliquid obsteret, quod in Josephum definit, quo minus eadē operā Sponsa genus fuerit demonstratum. Eadem est sententia Teruliani Lib. adversus Judeos cap. 9. Eusebii Cæsariensis lib. primo Historiae cap. 7. Hilarii Canon. 1. in Matthæu, Chrysostomi, Theophylacti, & Euthymii Matth. 1. Ambrosii, & Bedæ Lucae 3. Eusebii Emesseni Homil. de Nativitate Mariæ, Damasceni 4. de Fide cap. 14. Nicephori lib. 3. Cap. 11. & communis Patrum, atque interpretum. Nimurum singulare hoc fuit Divinæ providentiae consilium, ut Deipara Virgo Josepho nuberet tantâ sibi consanguinitate conjuncto, ut qui Sponsa Avos, ac Proavos recenseret, idem eadē operā eosdem percepisset Sponsæ Avos ac Proavos. Alioquin si Evangelista aliquos retulisset Patriarchas, qui ad Mariam non pertinenter, undecimque illos numerare cœpisset, inde generationem Iesu Christi desisset scribere, inde proprio desuisset instituto, inde extra chorum saltasset, inde denique à proposita Libri sui epigraphe otiosè divertisset, quod nefas sit de Evangelist. pronunciasse.

498 Hinc fit, Josephum Mariæ secundo cognitionis gradu fuisse conjunctum; quod Josephus ex superiori ratione ab Evangelio Matthæi Maria sponsa ducta

sa fuisse secun- do cognatio- nis gradu tuis conju- nctus.

ducta, sapientissimi Interpretes, & Theologi docent. S. Thomas Matthæi 1. & Vincentius Regius lib. 1. in Evangelia Cap. 2. Theoria 12. tradunt Josephum fuisse sanguine propinquissimum Sponso Virginis; Maldonatus Matthæi 1. 16. cæteris cognatis maxime propinquum. Quod dilucidius docti viri sic explicant, ut SS. Sponsum, & Sponsam patruelis fuisse afflant, duobus fratribus ortos, nam Josephi Parrem, quem Matthæus 1. 16. dicit Jacobum, & Mariæ Patrem Joachimum, fratres inter se élite, disterè docent Alphonse Salmeron Tom. 3. Tract. 28. Lucas Brugensis in c. 1. Matth. v. 16. Petrus Moralius lib. 1. in Matthæum Tractatu 5. num. 5. & Tractatu 8. num. 4. & Joan. Mariana Matthæi 1. 17. Atque in eandem sententiam, licet ex diversa ratione, convenient Annus Viterbiensis Dominicanus ad Breviarium Philonis Parte ultimæ, & eum sequenti viri quidem Theologis laude præstantes, Joannes Driedo, Petrus Galatinus, Cornelius Jansenius, Arias Montanus, Stephanus Salazarius, Lucidus, Gagneius, Palatius, aliique satis multi, quos citant & sectantur Suarius 3. Parte, Tomo 2. Disput. 2. Sectione 3. Barradius Tomo 1. Lib. 5. Cap. 30. & Caltrius in Historia Deiparae Cap. 1. numero 9. His ego authoribus, & multis & doctis, de Jósephi & Mariæ strictissima isthac cognatione libens consentio. De Annii vero, & affectuarum ratione latè dissentio, qua scilicet volunt, Heli illum, quem secundum à Josepho numerat Lucas cap. 3. 23. ipsissimum esse Mariæ patrem Joachimum; quem Jacobi, patris Josephi, fuisse fratrem putant, ex matre, non ex patre; nam ut Jacobi patrem ex Salomone ortum fuisse, cum Mattheo Evangelista credant; Joachimi autem patrem ad Mathanum putant esse referendum. Hanc inquam, hujus consanguinitatis rationem, qua prædicti autores confingunt, Deiparae patrem, non ex Salomonis familia ortum fuisse, sed ex Nachani stirpe procreatum, minime probo; quippe quam efficacibus argumentis convelli videam à Salmerone, Maldonato, Luca Brugensi nuper citatis, & à Gabriele Valquez 3. P. Tomo 2. D. 127. Cap. 3. & 4. & a Cardinali Toleto Lucæ 3. Notat. 16. commentum hoc Annianum expugnantibus. Certe quidem, si non avum paternum, sed aviam maternam communem ex familia Salomonis habuerunt Jósephi, & Mariæ, jam Matthæus scriperit librum generationis, non Iesu Christi, sed Jósephi; utpote quæ ad hunc pertineat, non ad Dei Matrem, cuius paterna origo avita ex illa Genealogia non sit, quam Evangelista retexuit. Ut igitur Matthæus simul cum Josephi Genealogia descriperit generationem Iesu Christi, & Matris ejus, communem designavit utrique Josepho & Mariæ avum Mathanum, communibus exortū avatis. Atque hanc esse Sententiam antiquorum Patrum Hieronymi, & aliorum docentium, originem Mariæ per Genealogiam Josephi proponit fuisse retextam, omnino cœfco.

Aliunde ex- ponitur scri- pta Iosephi ac Deipara cognatio.

499 Hæc porro tam stricta utriusque sponsi cognatio hunc in modum aliunde etiam exponitur: quia quæ foemina Israelitica paternæ possessionis unica existet hæres, tenebatur nubere cognato ex eadem Tribu, ac familia, maxime ubi propinquo; juxta pre-

Pars II. ad V. 5.

131

scriptum legis Divinæ Num. 26. 11. Atqui B. Virginem unigenitam fuisse, atque adeo suorum parentum hæredem, auctores sunt gravissimi, S. Damascenus Orat. 1. de B. Mariæ Nativit. Euseb. Emessenus Homil. de eadem, Petrus Damianus in ferm. de eodem Festo, Theophylactus & Euthymius Joannis cap. 19. Beatus Amadeus Rapu. 6. Apocalypsis: possuntque proferri omnes illi Patres paulò ante citati, afferentes Joachimum, & Annam esse Deiparæ parentes; simul enim docent, praeter Annæ sterilitatem, ultimā quoque senectute confectos, impares jam fuisse generationi, atque adeo ad unicam hanc familiā procreandam divinæ fuisse virtute proiectos. Igitur unica paternæ fortis hæres nupsit Josepho, tamquam omnium cognatorum maximè propinquo, justa iusto, hoc est, hujuscē legis, licet & cæterarum, observantissima, legibus eidem obsequientissimo sponso.

500 Juvat exemplum Salphaaditarum Virginum, quo in hanc rem utinuntur Patres, & quas confitat suis consobrinis nupsisse, Num. 26. 11. juvat, inquam, hoc exemplum, quo hanc quæstionem de Mariæ, & Josephi conubio, explicant eterque Eusebius Cæsariensis lib. 1. Hist. cap. 6. & Emessenus in Homili. de Nativ. B. Mariæ, Ambros. Luc. 3. Severianus in Caena Græca, D. Thomas Matth. 1. D. Bonavenitura 4. Sentent. Dist. 30. Art. 1. Quæst. 2. Juvat item aviarum Marianarum conjugium cum Jacob consobrino suo, Lia nempe, & Rachelis, Mariam adumbrantium Genes 29. v. 10.

501 Concludo ergo cum SS. Doctoribus, Hieronymo, cæterisque, quos appellavi, gravissimis Patribus, ac Theologis, per Genealogiam Josephi, originem quoque paternam Mariæ ab Evangelista fuisse traditam, utori te hæredis paterni primogenii, propinquissimæ consanguineæ, id est consobrinæ ejusdem Josephi; atque adeo sanctissimos sponsos ex duabus fratribus ortos esse, communemque avum habuisse Mathanum, quem Matthæus Cap. 1. vers. 15. genuisse scribit Jacobum patrem Josephi; cum Joachimum etiam generuit Mariæ patrem. Cui autem non hunc exprefserit in Genealogia, sed solū Jacob, pofta explicabo.

502 Nunc ut eidem Genealogia eundem Deiparæ patrem Joachimum strictius adnectam, addo illum primogenitum fuisse Mathanum, ac majorem natu Jacobo; atque adeo univerfa primogenii jura Abrahamo quondam, Isaac, & Jacobo Patriarchis divinitus promissa, Judæ etiam, Davidi, Salomoni, cæterisque proavos collata, ad Patrem Deiparæ, utpote primogenitum, pertinuisse, & per eum, ejusque unicam hæredem filiam Mariam ad Christum nepotem fuisse devoluta. Argumentum duplex mihi est: primum, quod non aliam videam rationem, propter quam, tam accurato Sanctorum vatum, atque Canonicon scriptorum studio, tradita fuerit omnium hæredum nobilissima successio; nisi si Mariæ, ejusque filio prædictorum Patriarcharum, Principum, Regum, ac Ducum hæredi, ea Patriarchalia, ac Regalia primogenia succedaneo jure deferrentur. Juva, inquam; nam de possessione, comprehendit est, Matrem, & Filium eā se libenter abdicasse. Huc benedictionem illam Jacobi Patriarchæ Geneesis 49. v. 10. Non auferetur sceptrum

*Ioachimus
Maria pater
nati major
Iacobus fra-
tre Iosephi
patre.*